

p. d. 3. q. 7. M. non tamen requiritur unitas in causis, quantum in effectu, unde regulariter plures causae ad producendum unum effectum concurrentes solum habent unitatem ordinis, sic igitur in proposito non obiectum, & intellectum, ut unum integritatem totalem intellectus in causam, sola sufficit unitas ordinis, debita nimirum obiecti ad potentiam approximativam, & applicativam, ut supra notavimus q. 3. concl. 2. unde inquit Doctor, quod ad accedendum ad intellectum, inquantum est causa partialis intellectus, non recipitur in intellectu, eique inhaerere, si enim per se subsisteret, & intellectui assisteret ab extrinseco abique informatione cum debita applicatione, adhuc bene cum intellectu sufficeret ad causandam intellectioem. Tum quia modo phantasma concurrat cum intellectu agente ad causandam speciem intelligibilem, nec non nisi ab extrinseco ei coniungatur per quandam assensionem, ergo eodem modo coniungi poterit cum possibili ad causandam intellectioem, nec videtur cur hic major causatum unio, & intimior conjunctio reperitur, quam ibi.

75 Rursus probari solet, quia obiectum inphantasmate, & aliis potentibus inferioribus, cum sit materia, & extensum, non est actu de potentia tantum intelligibile, quia in toto illo progressu semper manet in ordine sensibili, oppositum igitur est, ut ab agente intellectu elevetur ad ordinem intelligibilem, & de potentia intelligibili fiat actu intelligibile, hoc enim sensu dicitur intellectus agens transferre res de ordine in ordinem, sed talis elevatio, & translatio non fit nisi per abstractionem speciei intelligibilis, in qua obiectum apparet deputatum, ac veluti defectum a conditionibus materialibus. Sed in primis haec ratio non concludit universaliter necessitatem speciem pro cognitione abstractiva quorundamque obiectorum, sed tantum pro cognitione sensibili, & tamen certum est, spirituality quoque ab intellectu saltem separato abstractivè cognosci per speciem, deinde illa doctrina de obiectis sensibilibus, & materialibus, quod non sit actu intelligibile, sed potentia tantum, quavis in ore omnium resonet, tamen nisi recte explicetur, est valde dubia, ac etiam fallaciosa, quia ipsa quoque sunt actus entia, & actu includunt rationem obiectivam intellectus, quavis enim sit infra ordinem sensibilem, non ideo excluduntur ab ordine intelligibili, quia intellectus est potentia illimitata, quae vagatur per omnia entia, ut infra magis constabit, illa ergo doctrina intelligi debet de sensibilibus in ordine tantum ad intellectum conjunctum, ut bene notat Licheo, p. dist. 3. q. 4. §. 6. §. 6. sed in ista littera, quia enim in hoc statu nihil est in intellectu, quod prius fuerit in sensu, eo quod intellectus utatur sensibus, veluti janus, per quas volum, & non aliter obiectis ad aulam intellectus datur ingressus, ideo sensibilia non dicuntur actu intelligibilia, id est immediate ab intellectu attingibilia, nisi prius per omnes sensus transierint, & ante talem transitum semper dicuntur potentia tantum intelligibilia; si ergo in hoc sensu tantum, & non aliter obiecta sensibilia dicuntur potentia intelligibilia, ut magis infra patebit, cum erit fermo de notitia intuitiva, quod valeat in ordinem intelligibile, dicitur, quod obiectum inphantasmate est actu intelligibile quia per ulteriorem sensum transire non debet, & negabit, quod materialitas, & extensio repugnet cum actuali intelligibilitate, alioquin nec a Deo, nec ab Angelis intelligi possent obiecta materialia, quatenus talia, nisi in sensu jam explicato, nam certe nulla intrinseca repugnancia afferri poterit, quam in proprio quodam obiecti materialis ad potentiam spirituales, quae solum oblat, ne possit esse causa totalis intellectioem, non autem quoniam possit esse partialis minus principalis, si enim de facto ponatur causa speciei intelligibilis, de qua interim videtur Doctor 2. d. 3. q. 11. & 4. dist. 45. q. 11. §. 11.

76 Alio modo probari solet a nobis cum Scoto loc. cit. in hunc modum; intellectus per cognitionem abstractivam praesertim attingit naturas universales, & communes, sed natura talis apparere non potest inphantasmate, sed solum in specie intelligibili, ergo talis species est necessarium admittere pro tali cognitione, ut comprincipium ejus generis videtur, quia illa praecipue dicitur abstractiva cognitio, per quam attingitur natura, nedum deputata a materialitate, & concrecionem materiae, sed etiam a conditionibus individuamibus hic, & nunc, ita quod per speciem sola natura communis representetur, minor patet, quia cum phantasma sit materia, & extensum, non nisi singulare representat. Respondent, phantasma se solo absque ope speciei intelligibilis sub alio tamen, & alio lumine singulari, & universali representat posse, nimirum per lumen phantasiae representat singulare, per lumen intellectus agentis representat universalem, seu naturam ipsam communem; phantasma enim utrumque includit, & naturam, & conditiones individuantes, natura sub his conditionibus materialibus attingitur a phantasia, sine illis conditionibus ab intellectu, haec enim ratione dicitur intellectus agens abstrahere naturam a conditionibus materialibus, quatenus hanc apprehendit non apprehendendo illas, sicut enim oculus hac videns apprehendit albedinem, quia visus est, dimitto dulcedinem, quod non est sui juris, sic intellectus contemplantando phantasma cognoscit quidditatem, quae sui juris est, & sensibus derelinquit conditiones materiales, quae non sunt sui juris, & in hunc finem inquit Arist. dist. 1. de An. 30. & 39. intellectum specularem inphantasmate quod est: Hae solutio paulum rei citi solet, tum quia phantasma quantumvis obiectivè irradiatur ab intellectu agente, quia tamen in organo residet corporeo, & est extensum, & consequenter sequitur naturam sine materiae conditionibus ostendere, & consequenter non nisi singularem, tum 2. quia phantasma cum sit causa naturalis, quando movet, agit secundum ultimum potentiae suae, & totam representandi vim exercet, cum ergo naturam conti-

net conditionibus individuans immerfam, nequit cum intellectu concurrere, prout in eo, quasi elucet solitariè natura communis, velut apparet in specie intelligibili; Tum 3. quia si universaliter, seu natura communis inphantasmate sufficienter representatur, non in specie intelligibili, tunc universale erit in sensu, non in intellectu, tunc tandem quia, ut Scot. arguit, ratio singularis, & materialis sunt oppositae rationes, ergo phantasma nequit representare obiectum sub his rationibus oppositis, nec etiam sub diversolimine, quia species, seu phantasma non habet virtutem representativam a lumine, sed ex sua natura antecedit ad lumen, alioquin idem phantasma sub diversolimine posset representare solum, & colorem.

77 Verum his rationibus praefata responsio non sufficienter satisfacta convincitur, primo non urget, quia esse extensum, & materialem, item esse singularitatem, & individuum non tollit intrinsecam naturae communiter, ac indifferentiam, ut notat Doctor 2. d. 3. q. 11. r. eo quia de terminantur per differentiam individualement et prolixius et extrinsecam, sicut ergo in singulari extra hac ratione reservatur natura communis, & sunt in eo conditiones individuales, sicut in Sorte est humanitas, & Sortesitas, sic inphantasmate ipsius representatur natura communis, & singularis, & in representativo singulari, quod est phantasma, continetur representativum naturae communis, ut notat ipse Doctor quaest. 17. de An. §. praerea ostendit, dum probabiliter defendit oppositum conclusionis nostrae, imò hoc eodem modo sufficit praecari Scotiae, & Scotus ipse, per speciem singularis inus, atque magis universaliter representari posse, ut potest videmus, & rationes aliae contra praefata solutioem aequè bene impugnant, representationem universalis factam per speciem intelligibilem singularis, ac per phantasmam, ut jam constatae de prima, & non confabit de alia; In talibus cum Fabr. loc. cit. naturam communem in suo singulari non retinere amplius communitatem suam per indifferentiam, cum per singularitatem sit determinata, ergo nec inphantasmate poterit ut talis representari. Neg. assumptum, quia illa determinatio est extrinseca naturae, tum quia illa instans aequè impugnat representationem universalis factam per speciem intelligibilem singularis, ac per phantasmam. Secunda quoque ratio eadem aegritudine laborat, quod aequè impugnat hanc, & illam representationem, & absolute non urget, quia licet phantasma moveat ad utrumque id est ad intelligendum naturam cum conditionibus individuantiis, potest tamen intellectus saltem ex voluntatis imperio unum considerare non considerando aliud, vel utrumque simul considerare nimirum naturam ut per se, & intrinsecè communem, per accidens, & extrinsecè singularem. Tertia ratio non valet, quia ut ait Doctor q. 17. de Anima universale pro secunda inestione non est obiectum ejus directum, ac eius operationem praecedens, nam potius ab ea talem accipit universalitatem, sed est universale pro prima intentione, id est pro quidditate rei absoluta, quae quantum est de se, nec est universale, nec singularis, sed indifferens, non autem opus est, quod natura sit universalis fit in intellectu subjective, sed tantum obiective. Tandem neque quarta ratio multum urget, quia data hypothese phantasma non representat naturam, nisi ut intrinsecè communem, & solum extrinsecè singularitatem, quae duo non opponuntur, alioquin illa ratio aequè bene impugnet representationem universalis factam per speciem intelligibilem singularis, aut minus universalis. Haec igitur de causa fatendum est, quod licet allata ratio valde urget in principis Thomistarum, qui arbitrantur intellectum agentem, ita ex phantasmate species intelligibiles abstrahere, ut naturam depure, non tantum a materialitate, & extensione, sed etiam ab individuatione, ita quod in specie abstractiva sola natura communis representetur, tamen apud nos non multum accessit negotii, qui probabilis putamus speciem productam ab intellectu agente naturam representare, adhuc cum conditionibus individuantiis, quae inphantasmate relictant, & intellectu possibilem esse illum, qui cum ulterius abstrahat a conditionibus illis considerando naturam puram illis pospositis; nam juxta haec dicendum species intelligibiles, & phantasma non distinguuntur ex obiecto representato, sed ex propria entitate, quod phantasma sit ens corporale, & species intelligibilis spirituale, unde instans intellectus agens dicitur abstrahere a concrecionem materiae, inquantum producit species spirituales; si ergo in obiecto representato conveniunt species intelligibiles, & phantasma, poterit absolute loquendo natura communis per utrumque representari, nisi aliud impedimentum contingat, unde non abs re Doctor q. 17. cit. de Anim. argumentum pro speciebus intelligibilibus deducit ex cognitione universalis non satis factae putavit, sicut nec alia quaedam, quae adducit loc. cit. p. d. 3. q. 6. nam in lib. de Anim. qu. 11. 7. dat modum illa solvendi: aliae rationes pro speciebus in communi adduximus, & solvimus dist. praeced. n. 24. & seq.

78 Itaq. cum Maior. putamus pro speciebus intelligibilibus validiorem rationem adduci non posse, quam quae deducitur ex memoria intellectiva, & recordatione praeteritorum, & bene tangitur ad Doct. r. d. 2. q. 6. in corpore quaest. §. ad quatuor, nam sine speciebus intelligibilibus post actum remanentibus talis recordatio videtur nequaquam fieri posse, & quando etiam in nobis id salvetur per lumen memoriam sentivum dicendo, quod sicut per sola phantasmata intelligimus, sic etiam eorum beneficio dumtaxat recordamur, non autem speciem intelligibilem; id tamen minime suffragatur in anima separata, quae ut praeteritorum recordatur, non constat in Evangelio de divite, & tamen phantasmata non habet, Sed ad id quoque respondet Doct. q. 17. cit. in lib. de Anim.

de Anim. postquam intellectionem relinquit habitum virtute illius actus, qui habitus habet inclinare potentiam ad intelligendum alias eandem rem, & ipsam representare, sicut potest species imprella, quae solutio fundamentum habere videtur in doctrina ejusdem in lib. Sent. ubi quaeque tribuitur habitum virtutum representativam; Nihilominus responsum non satisfacit, & optime recessit ad Maior. citum quia representativum obiectum in causando non se tenet ex parte potentiae, sed ex parte obiecti, habitus autem se tenet ex parte potentiae; tum quia non ex quo libet actu generatur habitus, sed de omninactu, quem habemus, possumus recordari, tum quia omnis actus intellectus potest esse obiectum recordationis, ergo oportet ponere totum habitus, quot recordabilia; tum quia omnes difficultates, quae contra speciem imprellam fieri solent, recurunt contra habitum, si opponatur habere vim representandi, puta quod potest fieri intellectu inchole phantasmatus, &c. tum tandem quia si ponatur habitus in intellectu, qui habeant vim representandi obiecta, idem omnino erit, quod ponere species, nec erit discerni, nisi in modo loquendi, quia quod unus appellat speciem, alius appellat habitum; ad loca vero Doctoris, quibus innuitur habitum habere vim representandi luculenter satisfacti Bargius r. d. 3. q. 6. in §. ad questionem.

79 Cavellus q. ill. 17. cit. n. 21. fatetur hanc rationem esse caeteris efficaciorē, sed probat, ut problematicè defendat cum Doctore ibidem sententiam negantem species, inquit dici posse, quod anima separata accipit species recordativas praeteritorum a Deo, & quod licet hoc neget Doct. 2. d. 3. q. 10. & 11. & 12. d. 4. 3. q. 2. tamen ad hanc epignitionem probationem tendendam facile illud admittitur. Verum quia in locis validis ad haec rationibus resellitur illud dicendum de effluxu speciem a Deo in Angelos, & animam separatam, ut nemo unquam nisi persuaderet possit fore illum admittendum, sed potius hanc partem problematicam, quam tuetur in lib. de An. deserturum, & alteri adhaerent, ut postea scietur, sent. d. 3. q. 6. tum quia hinc sequitur, Angelos, & animas (sicut natura natura dimissis nullius praeteritis posse recordari, cum non valeat propriis viribus species recordativas sibi comparare.

80 Contaren. junior q. de speciebus sensib. & intelligib. cap. 7. haec ratione convulsa, & inaequè, & quae non quidem praecedentem actum intellectionis, sed sublequentem ipsum, regulariter enim ex haec electione derelinquitur in intellectu species imprella ejusdem, ut cum deinde obiectum illius ad denu vel in intellectu constitutum, tunc absque ope phantasmatis, sed per proprias species ex actibus intellectus acquisitas hoc facere valeat, quare concludit ad originariam, & primam rei cognitionem speciem intelligibilem necessariam non esse, sed solum ad habituale, quando scilicet intellectus rem aliam inspectam intelligit, & memorat. Sed haec ratio bene perpendatur, probat quod species intelligibiles ad producendum speciem intelligibilem, quae ut docet Scot. 4. dist. 2. q. 2. in memoria duplex obiectum reperitur, remotum scilicet, & est illud, circa quod memorans aliquando habitus adit, & proximum, scilicet ipse actus praeteritus, quae talis, nec unum sine altero sufficit ad memorandum, quia species actus non nisi actu representat potest, & eius cognitionem excitare, ergo si non alia species reperitur in intellectu, nisi ipse actus, & non etiam obiecti, circa quod actus ille fuit elicitus, nunquam memoria habebitur de tali obiecto. Accedit, rationem non defecere, quae etiam independenter a memoria probat necessitatem speciem in omnino prima abstractiva cognitione, quae Doctor exaggerat. d. 3. q. 6. lit. F. & P. & prius adduxerat q. 4. de Anim. & est, quod si non contempleretur obiectum in proprio, & proportionato representativo, quod est species intelligibilis, sed illud haberet tantum praesens inphantasmate, tunc est deterius conditionis, quam ipse potentia sensitiva, quae obiectum suum habet praesens in proprio representativo, non in alieno. Nec valet, quod hoc ait Contaren. cit. quod potius id esset deducit, & imperfectio in anima, quae quod potentia nobilior est, paucioribus indiget instrumentis ad operandum. Nam species omnino necessaria est ad cognitionem abstractivam, ut representat obiectum, unde & ipse quoque fatentur ut debere phantasmate, tamen instrumentum, sed longè melius est intellectus, qui concedere proprio speciem intelligibilem, ut ea utatur tantum proprio instrumentum, quam in alieno representativo praesentium sui obiecti emendare; vide Doct. cit.

81 Haec veritas sententiae de speciebus intelligibilibus expressè fuit Arist. pluribus in locis in lib. praesertim de Anim. nam 2. de Anim. 8. ait intellectum in habitu operari posse, quando valet, ubi per intellectum in habitu intelligit intellectum, specibus imbutum, & 7. de An. tex. 3. ait intellectum esse susceptivum formarum, id est specierum, & tex. 6. eundem appellat locum formarum, & tex. 17. ponit intellectum agentem ad abstrahendas species intelligibiles, ut dicemus q. 10. & 11. & 12. ait intellectum huiusmodi, dicitur scilicet & 13. ait intellectum huiusmodi, dicitur scilicet non est in animalium rerum formas intensales; Neque dicas per haec formas, ac intentionales rerum similitudines intelligere Arist. ipsam rerum cognitionem; nam Arist. intellectum specibus imbutum vocat intellectum in habitu, non in actu, quali est cum actuali intellectione, & inquit per speciem intellectum redit ad potentia essentiali ad accidentaliter, non autem ad actum. Puit etiam expressè D. Aug. 12. de Trin. cap. 3. & super Gen. c. 16. 45. & 96. & in lib. consell. c. 11. quas auctoritates ad litteram adducit Bargius q. cit. in §. ad questionem, quare confuso etiam ob nostri ingenii tenuitate totum convincens non suppetret pro speciebus intelligibilibus, sola tantorum virorum au-

ctoritas, & communis omnium sensus sententiam hanc reddit valde probabiliores opinio.

82 Sed ut magis appareat ex quo capite specierum necessitas sit attendenda, notandum est ex Scot. 4. d. 12. q. 3. ad 5. hanc necessitatem attendendam non esse ex parte potentiae, ut videtur veli Thomistae, quasi intellectus sine specie sit incompletus in ratione potentiae vitalis, ac intellectiva; quia revera intellectus (specie nullam recipit virtutem, nullamque perfectionem ad ipsum pertinentem in ratione potentiae intellectiva, quia in ordine ipse totam habet activitatem in ordine ad actum intelligendi: sed necessitas speciei tota attendi debet ex parte obiecti ad suppleendum nimirum ejus defectum, ut alterius concausae necessaria ad intellectionem requiritur. Hoc autem suppleendum ex tribus ad summum capibus potest esse necessarium, primum est, quando obiectum non est actu intelligibile, sed potentia tantum, quia tunc omnia obiecta sensibilia, & materialia in ordine ad cognitionem abstractivam, ut notat Doctor r. d. 3. q. 6. lit. O. non enim tunc abstractivè actu intelligibilia, nisi fuerint in specie praesentia, dum enim sunt praesentia in seipsis, cognitionem pariunt intuitivam, non abstractivam; Alterum caput est, cum obiectum in se quidem est actu intelligibile, sed est aliens, ideoque suppleri debet ejus praesentia per speciem, & hoc sensu unus Angelus dicitur indigere specie ad intelligendum abstractivè alterum Angelum absentem. Tertium caput tandem est, quando obiectum est actu intelligibile, & praesens praesentia entitativa quidem, quia non aliens, non tamen obiectiva, quia in ratione obiecti valde excedit potentiam, unde ut habeatur praesentia obiectiva, & intellectio fit in potestate intelligentis, opus est specie intelligibili, per quam proportionatur potentiae, sitque illi praesens in ratione obiecti; & ex hoc capite Doctor 2. d. 3. q. 9. ad ult. arbitratur fuisse Angelis concessam in via speciem representantem divinam essentiam abstractivè, ex primo igitur capite necessaria est in cognitione abstractivè, de qua tantum est sermo in hoc art. species intelligibilibus in omnibus obiectis materialibus, & sensibilibus, ex secundo capite necessaria quoque est in spiritualibus, ac merè intelligibilibus creatis, ex tertio tandem necessaria est existim in obiecto increato, ut abstractivè cognoscatur ab intellectu creato.

Solvuntur Objectiones.

83 Adversus species intelligibiles. Primo arguitur, quod non la sit earum necessitas, quia vel intellectus abstractivè est abstractivè possibile cum obiecto ipso, aut phantasmate; nam licet sit materiale, adhuc tamen potest cum intellectu, ut causa partialis minus principalis concurrere ad actum intelligendum, sicut oportet concurrere ad productionem speciei intelligibilis; Vel ad representandum obiectum intelligibile, & neque hoc, quia ad hoc quoque solum phantasma sufficit, sicut in aliis casibus satis est obiectum representari potentiae superiori per actum potentiae inferioris, ut voluntari per intellectum, appetitui per sensum, & hoc ipsum inquit Aristot. 3. de An. cum ait intellectum specularem quid sit inphantasmate; Vel ad assumendum intellectum intentionalem obiecto, & neque hoc quia talis assimilatio sufficienter sit per ipsam intellectionem ab obiecto cautam, & in intellectu receptam. Vel ad determinandam potentiam quae de se indeterminata est ad operandum circa hoc, aut illud obiectum, & neque hoc, cum haec ut supra diximus sit limitatio potentiae activae, non passivae, & rursus quia solum obiectum sufficit ad determinandam illam qualemcumque intellectus indifferenter. Vel tandem poneretur ad unicum obiectum cum potentia, velut movens cum moto, & neque etiam hoc, ut patec ex dictis confutandum secundam rationem ab aliis allatam pro conclusione; tum quia eadem difficultas recurrit pro causanda specie; nam ad illam quoque causandam in intellectu requiritur aliquis unio obiecti cum illo.

84 Respond. satis patere ex dictis, ad quid conducat species intelligibiles, sunt enim necessariae pro cognitione abstractiva, & quidem in rebus materialibus ut de potentia fiant actu intelligibiles secundum illam cognitionem, in spiritualibus vero, ut obiectum, cum fuerit aliens fiat per speciem praesens, ut explicatum est supra, neque ad talem praesentiam faciendam sufficit phantasma, & probat ad hoc adducta potius esse ad oppositum, nam sicut sensus interior non cognoscit per speciem existentem in exteriori, sed per propriam, ello eam recipiat aliquo modo causatam a specie existente in sensu exteriori, & hoc est perfectioem in ipso: sic quoque dicendum est de potentia intellectiva, quod ei praesentetur obiectum per speciem propriam, & non alienam, quod enim est perfectioem in potentia interiori, tribui quoque debet superiori, nisi manifesta appareat imperfectionem; exemplum autem de voluntate, & appetitu non valet, quia hic loquimur de potentis cognitivis, ita Doctor cit. r. d. 3. q. 11. §. F. & P. cum vero dicebat Arist. intelligentem quod quid est inphantasmate specularem; loquitur in sensu jam explicato in r. q. 11. §. 11. quatenus ob connexionem potentiarum nullum universale intelligit intellectus post flatu isto, cuius interim singularis phantasia non obvertetur, ita Doctor. cit. lit. N. Dices etiam inphantasmate obiectum est praesens in ratione actu intelligibilibus, ergo superflua species. Neg. communiter assumptum, quia obiectum inphantasmate continetur adhuc intra ordinem materialium, & sensibilibus; sed eo concessio negat adhuc Doctor consequentiam loc. cit. P. & si enim intellectus possit habere obiectum sui praesens in potentia inferiori, non tamen summa praesentialitate possibilem praecedere actum intelligendi, & si- cut.

cut aliis potentis cognitivis, ita multo magis isti potentie debet concedi obiectum esse summe presens, quantum potest esse presens ante actum cognoscendum. & hoc non salvat, nisi in specie intelligibili, velut proprio representativo. Dices rursus, presentia objecti esse causa presentia speciei, non e contra, non enim quia species alibi est in oculo, ideo alium esse presens, sed e contra, ergo supervacuum est species propter presentiam objecti ponere. R. ep. Doctores ad 2. princ. duplicem esse posse presentiam objecti potentiam unam physicam, & realem, quia quodlibet agens physicum est presens passivo, alteram intentionalem, qua proprie obiectum dicitur presens potentie in ratione cognoscibilis, licet igitur prius obiectum sit presens, quam species presentia reali, & physica; non tamen presentia intentionali, sic enim potius species est causa presentia objecti in cognitione abstractiva, de qua nunc est sermo; hoc tamen non ita intelligendum est, quia modum potest obiectum extra immediatam causam in intellectu nostro speciem intelligibilem, quia propter ordinem potentiarum non potest cum ita causare, nisi in sensu exteriori, unde remoté solum causat speciem intelligibilem.

85 Secundo obicitur, quia si necessaria est species ad cognitionem saltem abstractivam, vel ipsa species erit immediatè causa intellectiois cum intellectu concurrens, vel potius obiectum in specie relucens; non primum, quia tunc species ipsa intelligeret, non obiectum pro ipsam representativum, sed neque secundum, quia obiectum in specie habet esse dimittuntur, & secundum quid duxerunt, ergo nequit esse causa effectus realis, & physici, qualis est intellectio. Deinde omnia qualia intenditur, & remittitur, quod de speciebus affirmari non potest, nam si per multas cognitiones augentur tunc semper magis inclinaretur intellectus ad intelligendum, & per consequens tamen superfluerent habitus, qui tamen ab omnibus ferè adduntur; si per cessationem ab actibus remittuntur, tandem ab intellectu deleterentur, quod communitè negatur à favoribus specierum. Tandem si daretur species impressa precedens, & manens post intellectioem, sequitur dicitur memoria intellectivam ultra sensivam, quod negat Aristot. lib. de memoria, & reminiscetia cap. 1.

R. ep. ad 1. in illo puncto diffente Scotis, quorum aliqui, ut Licher & Burg. cit. p. c. 3. qu. 6. ad 2. princ. volunt, speciem ipsam, non obiectum in specie, esse principium cum intellectu abstractivè cognoscitionis, alii e contra contendunt, ut Paulus Scripser, non speciem, sed obiectum in specie relucens causare intellectioem, & uterque dicendi modus innititur rationibus in argumento allatis pro utraque problematis parte, & quam plurimis Scoti auctoritatibus, quas ad multum recitat Burg. cit. textus, que magis arides, problematis parte, nobis tamen probabilior videtur, quoniam ista species ipsam esse principium intellectiois, non obiectum in specie, ob rationem pro ea parte adductam; neque hinc sequitur tunc speciem ipsam intellectum in, non obiectum, ut urgebat alii, tum quia species non concurret ad intellectioem nisi quantum vicaria obiecti ac loco eius substituta, veluti fenus ejus; tum quia licet sit principium cognoscitionis abstractivè, terminus tamen ejus est obiectum in specie.

86 Ad 2. de intentione, & remissione specierum, nonnulla est difficultas, quidam enim negant intendi, tum ob rationem allatam in argumento, quia scilicet superfluerent habitus; tum quia si id esset, maxime intenderentur ex repetitis actibus, in tali actu frequenter habitum generat, vel auget, non speciem, tum quia si ex actu repetitione species augetur, efficiatur postea actus intensioris & clarioris, quod est contra experientiam, non enim quia species repetitis salutationem Angelicam, aut nomen Romæ, clarior illa obiecta cognoscimus, aut melius memoriter tenemus, quam antea faceremus. Oppositum tamen est verius, & expresse tenet Doctores 4. d. 4. quæst. 2. ad 3. princ. in reposita. r. d. c. 3. quæst. 5. Maior. qu. 10. Licher & Burg. citat. Arrig. d. l. 4. de Anim. lect. 5. & passim alii Recentiores; & probatur evidentè experientia, quia quo sæpius cognoscitur aliquid obiectum, eo facilius excitantur species de illo, non nisi quia per repetitionem actus novæ species producat sunt prioribus similes, quibus proinde adjunctæ illis intendunt, sicut unus gradus caloris additus alteri, & hac de causa, cum sæpius repetitur lectio, vel concio, melius memoriter mandatur; experitur etiam in acquisitione scientiarum melius in dies, clarus, & certius aliquam nos intelligere veritatem per actum repetitionem, quam sceremus ab initio, non nisi quia species illius obiecti facte sunt intentiones. Nec dici potest, id contingere beneficio habitus adgenerari ex actu frequenter, eo facilius beneficium juvat ad promptum, factus, & expedius operandum; ac etiam intenditur, ac perfectius iuxta sententiam tribuentem habitu activitatem, & partiale concurrendum ad actum, non tamen clarior, & distinctius cognoscendum, quia per habitum, ut in habitu est, non habetur presentia objecti, que necessaria est ad actum intelligendi, ut bene Licher. adnotavit solvendo rationes Ocham loc. cit. Et hinc constat ad motiva in oppositum, non enim supervacane sunt habitus data intentione specierum, quia non ad idem deservit unus species, & habitus, species namque deservit ad clarior, & distinctius percipiendum idem obiectum, & habitus vero dat facultatem, & promptitudinem operandi; & quia receptio actum non solum deservit, ut facilius excitetur memoria de eodem obiecto, sed etiam ut clarior percipiatur, hinc est, quod deservit potest tam ad intentionem habitus, quam speciei; verum tamen est circa aliqua obiecta nos interdum adeo intentiones habere species, ut nobis profusa faciliat, & ob-

via, & ita contingit de salutatione Angelicæ, & nomine Romæ sæpius repetitis, unde probabile est circa hæc, & similia obiecta, nec habitum nec speciem intendi (nam hæc eadem difficultas potest quoque de habitu heri) quantum cumque actus repetantur, ut notavit Arrig. cit. concedendum erit, quod species intelligibilis intendi potest, ac remitti, & consequenter quantum est de corruptibilibus esse, ac delectabiles, unde autem illis obicitur perpetua conservatio, non dices, aut verò species intendit per actum seipsa remittentem est communis difficultas specierum, & habituum, de qua diximus disput. 3. q. 4.

87 Ad 3. facile evadunt, qui cum Avicenna admittunt quidem species in intellectu, sed adstant illi intellectioem facta transire, sicut species visibiles facta visione statim evanescunt. Sed species permanentes post actum negari non potest, quia si in parte sensitiva species conservatur ad sentiendum obiecta jam sensata, & pro eis conservandis ponitur memoria sensitiva, tanto magis ponitur debet intellectiva ad illas conservandas in intellectu; tum quia ut notat Doctores 1. d. 3. qu. 6. N. longè melius conservantur species intelligibilis in intellectu, quam sensibiles in organo memorie sensitivæ, quia illæ saltem per læsionem, ac indispositionem organi, in quo subsistantur, corrupti possunt, sed non illæ, tum quia sunt immateriales; tum quia imprimuntur intellectu, qui nunquam marcescit, quia de causa ait Doctores intellectum fuisse consulti ab Arist. non in intellectu, sed locum specierum 3. de Anim. 6. appellatum, quia habet potissimum loci preteritatem, que est conservare locatum; imò in 4. d. 45. q. 1. & 3. declaratur species ad hoc intelligitur imprimi in intellectu, ut etiam maneat post mortem, cum constant, quod habet D. Hier. in prol. Bibl. *discimus in terra, quorum nobiscum remanenti in calvis*, quantumvis ergo species intelligibilis non suapte natura defectibiles, conservantur tamen ex perennitate subiecti, unde potius ratio subiecti, quam ratione sui illarum impressio censenda est indelebilis. Nec obstat actus, & habitus in intellectu quoque recipi, & subiectioni, & tamen definire; quia actus habet esse in heri, ad instar entis successivus, & se habet per modum transeuntis, ut Doctores notat quod 3. d. d. at species habet modum permanentis, & est similitudo obiecti, veluti in factis esse, habitus vero licet forma permanentis, tamen habet contrarium, cuius actione destrui potest at species, & intelligibilis, five sensibilis, contrario carens, nam quæ sit contrarium v. g. albi, & nigri si mul tandem in eodem oculo, quare si alias contingat eis subiecto insidere incorruptibili, ut de intelligibilibus eventis, perpetuo conservantur in eo, ita Maior. cit. sequuntur Scoticæ omnes, Conimb. lib. 3. de An. c. 5. qu. 2. art. 2. Averis q. 8. lect. 1. & alii passim, concedenda itaque est in parte intellectivæ memoria sumpta pro potentia conservativa specierum representativum obiecta absolute præcendendo ab omni præteritione, quia tales species non desunt in conservari à presentia alius obiecti, neque ad actum intelligendi, nulla est enim ratio talis dependentie, præterea non habent contrarium, & sunt spirituales, ac in subiecto immateriali, ergo nulla est ratio, cur corruptantur.

88 Sed nunquid concedenda est etiam in parte intellectivæ memoria sumpta pro potentia conservativa specierum præteritum, quem præterita sunt, que proinde recordativa dicitur, de qua proprie locutus est Arist. cit. in lib. de memor. & reminisc. Negat D. Tho. p. p. 4. 79. ar. 4. & contra gentes c. 74. fundamentum ejus est, quia obiectum intellectus est universale, quod arbitrari fuisse, & fore, ergo non datur memoria intellectiva, quæ sit recordativa, sed tantum sensitiva. Oppositum docet Scot. 4. d. 45. q. 1. cum suis Faber theor. 89. c. 3. Vulp. tom. part. 1. disp. 19. art. ult. Reg. Parisiens. lib. de memoria, & reminisc. Cavell. disp. 3. de An. lec. 2. & alii Recentiores passim; & patet experientia, experitur enim nos recordari præteritum conceptum rerum non tantum universalium, quæ semel cognovimus, nec potest attingere memoria sensitivæ, sed etiam singularium, si dicis ille Lucæ 1. 6. recordabat fratrum suorum, & Abraham Lazari sine ministerio memorie sensitivæ; imò & nos de præteritis actibus spirituales malis, quos sensus non attingit, poenitentiam agimus, illos recordando cum suis circumstantiis loci, & temporis, ita arguit Doctores cit. ab initio questionis, & in corpore s. *dico ergo*, uterque aliqui putant ob auctoritates ex Evang. adductas dicere hanc admittere memoriam intellectivam prout est recordativa præteritum, alioqui anima separata recordari non posset eorum, que illi contingunt in hac vita, cuius oppositum expresse habetur in Evang. Nec satisfaciunt, quod inquit D. Th. 1. p. qu. 89. art. 1. & q. 55. art. 2. animam separatam accipere species præteritum recordativas à Deo; tum quia tunc naturaliter, & quantum est de se, anima separata nullius præteriti recordaretur, tum quia etiam in Angelis admitteretur hæc in se ipso specierum à Deo, nulla tamen urget necessitas illam tribuendi animabus quoque separatis, quia poterunt in corpore illas acquirere sensum ministerio, & in officio intellectiva conservare etiam post mortem. Deinde arguit Doctores majorem veritatem habere præteritum, quam futurum, quia præteritum habet veritatem quodammodo necessariam, futurum vero contingenter, sed futurum ut sic potest ab intellectu nostro cognosci, ergo & præteritum, ut sic, ergo cum omnino proprietate concedenda est memoria in parte intellectiva. Demum vel memoria dicitur conservatio specierum, vel cognitionem præteriti, ut præteritum est, vel utrumque simul, fed omnia hæc in intellectu reperiuntur, ut constat ex dictis, ergo &c.

89 Nec fundamentum D. Th. videtur esse idem animæ assumit obiectum intellectus nostri esse universale, quod arbitrari fuisse, & fore, respondet Doctores cit. ad 2. princ. hoc esse verum quantum ad notitiam scientiam tantum, qualis est sola abstractiva, nam etiam singulari cogno-

cognoscitur à nobis pro statu isto, ut postea dicemus, licet non sub ratione singularitatis, ut est ratio cognoscendi, nec cognitione scientifica. Negat Arist. loc. cit. memoriam in parte intellectiva negare voluit, dum ab eo ponit in parte sensitiva, quia hoc non excludit illud, nec debet denegari potentie superiori cognitivæ, quod est perfectionis inferiori, ita Doctores cit. ad p. prin. imò *de futuro* notat, Arist. in eodem loco expresse admittit memoriam intellectivam, dicit enim quendam intelligibilem nos memorari, ut quod triangulus habet tres angulos, &c. & hoc quidem, quia didicit, & fuit speculativus; & quomvis dicat ibi, quod memoria intelligibilem non est sine phantasmate, non propter hoc negandum est memoriam esse in intellectu, sicut non negatur intelligere in intellectu, esse secundum ipsam ibi nunquam intelligamus sine phantasmate, hoc connexionem potentiarum pro statu isto, quia ergo pro statu isto memoria intellectiva pendet à sensitiva, non e contra, & sensitiva est veluti radix intellectivæ, ideo Arist. ibi tantum tribuit memorie sensitivæ, & quodammodo illam evehit supra intellectivam, & eadem de causa inquit, memoriam per se esse primi sensitivum; per accidens vero esse parti intellectivæ, ita loquitur Aristot. non quia negare intendit veram memoriam in parte intellectivæ, sed quia nulla recordatio pertinet ad intellectum, quando primario, & radicaliter sufficientem ad recordandum, ita Doct. cit. lib. K. & tandem eadem de causa Arist. ibi dicit, quoddam esse bene remissivum, quodam male propter diversitatem organi, quia memoria intellectiva pendet ex facultate sensitivæ, in cujus organo perturbari possunt, ac interdum totaliter deleri species sensibiles, non ita intelligibilis in intellectu, unde bene concludit Maior. cit. quod libet habitaliter moti, & tunc ea species fortius movet, quæ ad movendum magis applicatur per voluntatis imperium, si autem quæratur adhuc, unde sit, quod unum phantasma fortius alio moveat, dicendum, vel id ab obiecto externo provenire, vel ab Angelo bono, aut malo humores commovere, vel à complexione peculiaritè hujus, & illius corporis, ratione cuius phantasia plus ad hæc sensibilia determinatur, quam ad illa, & hinc est aliquid usque teneatur, & allici ad unum viduum, quam ad aliud. Ad hæc omnia nostra cognitio abstractiva ab aliqua specie intelligibili oritur, non tamen intellectus res quasque cognoscit per proprias earum species, sed tantum illas, quæ sunt phantasiabiles, cetera vero, que non directe sed sensu cadunt, concepiunt indirectè per species extraneas, quæ majorem habent cum eis proportionem, tum à communibus loc. Ad 4. Maior. 1. 5. prol. ut per actum reflexum, & arguunt cognoscere intellectum etiam species illi inherentes, dum experimenti se abstractivè cognoscere obiecta absentia, & memorari præterita, & discurrendo intelligit hæc alter fieri non posse, quam species mediatis, ut jam probatum est. Ad 5. negativè utique Arist. de An. tex. 5. esse aliquid in actu eorum, quæ sunt, antequam intelligant, non tamen negat esse aliquid in habitu; text. vero 14. vel loquitur de intelligere in habitu, vel in actu, & in utroque sensu bene docet intellectum esse veluti tabulam rasam, in qua nil est depictum, habitualiter quidem, antequam species imbutur, contra Platonaem, qui species ponebat illi concretas, & actualiter, antequam actuale intellectioem suscipiat. Ad ult. causam efficiens specierum est intellectus agens cum phantasmate, ut constat quæ sequi alia quædam argumenta contra species intelligibiles adducta à Piccol. & Zabellioris armaturæ soluta vide apud Fabrum loc. cit.

APPENDIX.
De speciebus intelligibilibus.

90 Uæritur Pontius in sua Appendice Apolog. pag. 104. num. 146. fuisse sibi obiectum, quod disp. 12. de An. num. 22. præter Scoti mentem negaverit species intelligibiles, & inquit se rursus id affirmare, quomvis enim probabiliter tenuerit Doctores dari illas species, non sequitur, quia probabiliter etiam tenuerit alteram sententiam ut constat qu. 17. de An. Subdit deinde neque solutè se id docuisse, fed solum dixisse non esse necessarias quoad rationem, hinc autem non sequitur quod dixerit esse nos dari, multa enim dantur, & dicuntur dari propter auctoritatem aliquam, ac rationem probabilem; ad quæ alteranda non datur ratio aliqua necessaria, & quæ consequenter, si rationem species non sunt necessariam admittenda. Addit tandem nos disp. 6. de An. qu. 4. respondere ad omnes rationes Scoti, quibus p. 3. q. 6. ostendit specierum necessitatem præter unam, quæ ipsa non sufficit ad sententiam nostram defendendam, scilicet de necessitate specierum in ea universitate quæ videtur loqui, & solè teneri nostra sententia, unde deducit mirum esse quod per Typographum nostrorum eis oppugnerimus tanquam indicium parvi affectus erga Scotum, a quod sæpè rationes eius impugnet, cum nosmetipsi loc. cit. idem faciamus, ideo concludit in nos bene quadrare adagium: *Va iudici, ut nigra dicebat canibus olla cre.*

95 Respondeo nos quoque concedere Scotum q. 17. de An. docuisse sententiam species intelligibiles negantes tanquam probabilem, at tamen in fine questionis resolvit oppositam veriorè esse illis verbis. Tene quam partem volueris, prima tamen videtur verior, & ita notavit ibi P. Cavellus in Scholio, ex quo factum est, ut poller in libris sent. p. d. 3. q. 6. ubi majorem habet auctoritatem partem affirmativè absolutè adhaerent. Et quando in p. d. 3. q. 6. admittit species intelligibiles, utique non præcedit eas admittit eorum solam auctoritatem, aut rationem probabiliorè, sed ob rationem cogentem,

tem, ac veluti necessarium, ut colligitur ex verbis, quae habet in refutatione... quaeziones dicens: Ad questionem ergo dico, quod est necesse ponere in intellectu speciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi propter rationes iam postas ex parte objecti, ergo secundum Doctorem nostrum, si rationem species, necessarium fore admittenda species intelligibiles contra id quod concludit Pontius, & omnino falsum est, quod addebat denique hic Auditor nos disp. 6. de anima q. 4. respondere ad omnes rationes (una excepta) quibus Doctor loc. cit. stabilivit speciem intelligibilem necessitatem, nam prima, secunda, & tertia ratio, quae ut inutiles reiecit, non adducitur a Scoto; quarta ratio, quae in intellectibus quae contra illam opinionem deducit ex parte universalitatis objecti, & ex parte praesentiae ipsius intellectus, non absolute censetur inefficax, ac non adducitur a Scoto; quinta ratio, quae in intellectibus quae contra illam opinionem deducit ex parte universalitatis objecti, neque id fecimus ex nostro capite, sed quia Doct. ipse q. 17. de anima dedit modum solvendi rationem illam ex hac parte, ut protulit summum num. 66. in fine.

95. 100. 105. 110. 115. 120. 125. 130. 135. 140. 145. 150. 155. 160. 165. 170. 175. 180. 185. 190. 195. 200. 205. 210. 215. 220. 225. 230. 235. 240. 245. 250. 255. 260. 265. 270. 275. 280. 285. 290. 295. 300. 305. 310. 315. 320. 325. 330. 335. 340. 345. 350. 355. 360. 365. 370. 375. 380. 385. 390. 395. 400. 405. 410. 415. 420. 425. 430. 435. 440. 445. 450. 455. 460. 465. 470. 475. 480. 485. 490. 495. 500. 505. 510. 515. 520. 525. 530. 535. 540. 545. 550. 555. 560. 565. 570. 575. 580. 585. 590. 595. 600. 605. 610. 615. 620. 625. 630. 635. 640. 645. 650. 655. 660. 665. 670. 675. 680. 685. 690. 695. 700. 705. 710. 715. 720. 725. 730. 735. 740. 745. 750. 755. 760. 765. 770. 775. 780. 785. 790. 795. 800. 805. 810. 815. 820. 825. 830. 835. 840. 845. 850. 855. 860. 865. 870. 875. 880. 885. 890. 895. 900. 905. 910. 915. 920. 925. 930. 935. 940. 945. 950. 955. 960. 965. 970. 975. 980. 985. 990. 995. 1000.

97. Secundo deinde Pontius num. 147. ponderat unicam rationem nostram ex memoria intellectiva, & recordatione praeteritorum deductam, quae haberi nequit abque speciebus post actum remanentibus, quod si dicas, nos pro statu isto posse recordari beneficio memoriae sensitivae, non sufficit hoc, quia sequeretur, animam separatum non posse recordari praeteritorum, quod esset contra Evangelium. Sed haec probatio (inquit ille) nullo modo probat dari species nisi ad actum recordationis, quando non ad actum aliquid aliud objectum determinativum intellectus, ergo non valet ad probandam necessitatem specierum in cognitione abstractiva universaliter. Consi. quia nos aliquas rationes pro necessitate specierum adducimus recitamus ex eo, quod universaliter non probent necessitatem specierum in omni cognitione abstractiva, ergo non debemus hanc rationem proponere ad id probandum, cum universaliter non probet illam necessitatem, sed solum in actu recordationis.

98. Respondet in primis falsum esse nos hac unica ratione loc. cit. necessitatem specierum intelligibilem habere, quandoquidem num. 69. habemus haec verba: Accedit rationem non dedecere, quae etiam independentem a memoria probat necessitatem specierum in omnino prima abstractiva cognitione quam Doctor exagrat p. d. 3. q. 6. Lit. F. & P. palm ergo imponitur nobis, quod haec dumtaxat ratione a memoria deducta necessitatem specierum probaverimus. Deinde ratio illa memoria deducta, quam Pontius capit, ut insufficientem, non est nostra, sed Scoti loc. cit. ut P. Cavellus advertit q. 17. de anima num. 21. ubi ait etiam esse ceteris omnibus difficultorem, & efficacior, si ergo Cavellus quem Pontius hic appellat Magistrum suum, iudicat hoc argumentum efficacem, & difficile, male censetur a Pontio inefficax, ac insufficiens quia non est Discipuli supra Magistrum. Tum quia & Scotus loc. cit. de anima, & Cavellus ibidem, ut partem oppositam tueantur, ut probabilem, alias rationes hinc argumento assignant ab ea, quam asserit hic Auditor, signum evidens non esse satis fundatum. Denique responso Pontii, est illa eadem, quam ad hoc attulit argumentum Contenus junior qu. de speciebus sensibilibus, & intelligibilibus, & nos adduximus, & refutavimus disp. 6. de anima qu. 4. num. 69. ubi offendimus hanc rationem nedum demonstrare necessitatem specierum intelligibilem pro cognitione memorativa, ut aiebat Contar. & nunc replicat Pontius, sed etiam pro originaria, & primaria, & consequenter pro omni cognitione abstractiva, & ibidem addimus aliam Scoti rationem offendentem specierum necessitatem independentem a memoria; frustra insuper adducit Pontius ad hanc rationem habendam responsum aliorum a nobis impugnatam diffimulans.

99. Tertio praeterea inquit he non negat species in Angelis, & animabus separatis, fidei Deo infusus, sive ab ipsismet acquirunt, sed quod non esset necessitas ponendi illas pro hoc actu experientiae testis, ergo quamvis anima haberet species recordativas, nihil hoc concludit contra ipsum, verum haec solutio in terminis adducitur, & refellitur a Doctore p. d. 3. qu. 6. Lit. F. & P. & a nobis q. 4. cit. num. 69. ubi offenditur, quod si ad hoc non sufficunt phantasmata, nam si intellectus habet objectum suum tantum in phantasmate praesens, & non in proprio representativo, tunc esse deterioris conditionis, quam ipse potentia sensitiva, quae objectum suum praesens habet in proprio representativo, non in alieno, quod rationem Pontius rursus diffimulavit. Deinde ex hoc quod anima separata recordatur praeteritorum, & gestorum in hac vita, bene deducitur specierum necessitas, quia talis recordatio non nisi per species in hac vita acquiras fieri deberet, quandoquidem ad infusus recurrere non possumus in via Doctoris illas negantis 2. dist. 3. quaest. 10. & 11. & 4. dist. 45. qu. 2. & 3.

101. Respondet Pontius num. 148. dici posse quod anima separata recordatur per species infusas a Deo, sicut dicitur Thomista de Angelis, neque esse contra Scotum, nam quasvis possint ipsimet intelligere objecta praesentia sine speciebus, & acquirere species, quibus ea intelligenter abstantia, & quibus recordantur eorum quibus in ordine ad hoc semel illa objecta bene proponerentur, tamen si debent illa intelligere, aut recordari, antequam objecta fuerint contra applicanda ad acquirendas ab ipsis species ad hoc necessarias, certum est, quod Deus ipse debet in infusus species illas, & sic nemo bonorum Scotistarum negat a Deo infusas multas species Angelis, sed solum dicitur quod ipsi possint intelligere aliqua, etiam si non infunderentur species, quia ipsimet possint species acquirere, quare cum velit Deus, quod anima separata recordatur praeteritorum, & id non possit facere sine speciebus, ut supponitur, non applicatur adus praeteriti a quibus species hauriri possint, omnino non est inconveniens recurrere ad Deum.

102. Hanc quoque responsum dedit Cavellus eius Magister qu. 17. de anima num. 31. in fine, qui tamen non dicit, ut Pontius, non esse contra Scotum, imò utro fatetur esse contra Scotum, & oppositum eius omnino a Scoto doceri, sed tantum inquit, quod proposita opinio negante nimirum species intelligibiles problematica tunc facile Scotus admitteret Doctrinam illam Thomisticam de effectu specierum a Deo in Angelos, & animam separatum, unde plane mirum est, quomodo audeat dicere Pontius, responsum hanc non esse contra Scotum, cum ipse Doctor ex professo doceat contra D. Thomam loc. cit. animam separatum recordari praeteritorum per species in statu conjunctionis acquisite, & non a Deo infusas: Deinde dato etiam quod in statu ab ipso posito necesse est recurrere ad species in statu conjunctionis acquisite, recordatione, quae antea non fuerit sufficienter applicata ad acquirendas ab ipsis species ad hoc necessarias; tamen in sententia Doctoris semper stabilitum manet quod pro recordatione gestorum in hac vita necessariae sunt species in statu conjunctionis acquisite, neque opus est recurrere ad species infusas, & de tali recordationis genere loquitur argumentum propositum, non autem de alio possibilibus, quod comminicitur Pontius per sua sententia tuenda. Deinde calus ille ab Averteris ipsi mihi videatur fictitius, & repugnans, quo enim modo fieri potest, ut anima separata, vel Angelus aliqua intelligere, aut recordari debeat, quae non fuerint sufficienter applicata ad acquirendas ab ipsis species ad hoc necessarias? plane si objecta non sunt sufficienter applicata intellectui, quia recordatio intelligere nequit, & recordatio minus recitari, quia recordatio supponit talem applicationem objecti ad potentiam aliquam posse factam, cum recordatio non sit nisi ejusdem objecti veluti reiterata cognitio. Demum ex praefata responso sequitur, Angulum, & animam separatum suae naturae dimissis nullius praeteriti posse recordari, nisi Deus infunderet species, quod valde vilitati naturam Angeli & animae intellectiva, ut arguit Doctor 4. d. 5. qu. 2. sic hic tenetur, & nos cum ipso disp. 6. de anima qu. 4. num. 68.

103. Occurrit Pontius in append. num. 149. hanc sequalem ultimam insistantem inadvertenter a nobis deductam, quod species habent adus, possunt ab illis acquirere species recordativas, nec sequitur hinc quod de facto adus animae in corpore causarent species illas, & consequenter, quod de facto admittenda sint species, nam quoadmodum objecta spiritalia & corporalia possunt abque dependentia a sensibus determinare intellectum animae separatae ad cognitiones, sive immediate sive mediantibus speciebus, & tamen sic determinare non possunt intellectum animae conjunctae, ita possent adus animae separatae relinquere posse per species recordativas, quamvis non possent id facere adus animae conjunctae. Adde deinde quod quoadmodum praeteritae species debet assignari causa efficiens determinativa intellectus separati, & excitativa unius speciei prae alia, ita causa sufficeret lo solam ad causandum cum intellectu unam cognitionem prae alia abque speciebus, & hoc non tantum de recordativa cognitione loquendo, sed de quacumque alia, unde concludit manere adhuc a primo ad ultimum non esse rationem ullam, quae necessarii probat requiri species intelligibiles pro statu isto.

104. Ceterum instantia illa ultima contra succedentem responsum, quod Angelus, & anima suae naturae relinqui non possent recordari praeteritorum, est Scoti loc. cit. dum probat recursum ad species infusas vilitate naturam Angelis, & animae intellectiva, & idem ob reverentiam Doctorem, P. Cavellus qu. 17. de anima num. 22. adducens hanc eandem instantiam non alicuius esse dicere sicut Pontius esse inadvertenter inducendam; sed quidquid sit de hoc dico hanc responsum esse cum majori inadvertentia datum, dum inquit, quod quoties Angelus, & anima separata habent adus, possent ab ipsis acquirere species recordativas, atque ita praeteritorum recordari abque a portatione specierum ab hoc statu, hoc inquam factis inadvertenter dicitur, quia ad actum recordationis, ut docet Doctor 4. d. 45. qu. 3. G. duplex effectus requiritur, remotum scilicet, & est illud circa quod memorans aliquid habuit actum, & proximum, scilicet ipse actus praeteritus qui talis, nec unum sine alio sufficit ad memorandum, quia species actus nominis actum representantem potest, & quoque cognitionem excitare, ergo si non alia species in intellectu reperitur nisi ipse actus, & non etiam objecti, circa quod actus ille fuit aliquid elicitus in statu conjunctionis, nunquam memoria habebit de tali objecto. Et cum unusquisque subdit, neque hinc sequi quod de facto adus animae in corpore causarent species illas, & consequenter quod de facto admittenda sint species, aperte id negat contra Doctorem 4. d. 5. qu. 3. infra Lit. C. dicentem, quod objectum proximum recorda-

recordationis est adus humanitatis praeteritus, quod dum ille fuit in intellectu conjuncto, imprimebatur species sine necessaria, & sic etiam possunt loquuntur alii Doctores dicentes regulariter ex actu elicitio derelinqui in intellectu speciem impressam ejusdem. Neque valet intelligenter abstantia, & quibus recordantur eorum quibus in ordine ad hoc semel illa objecta bene proponerentur, tamen si debent illa intelligere, aut recordari, antequam objecta fuerint contra applicanda ad acquirendas ab ipsis species ad hoc necessarias, certum est, quod Deus ipse debet in infusus species illas, & sic nemo bonorum Scotistarum negat a Deo infusas multas species Angelis, sed solum dicitur quod ipsi possint intelligere aliqua, etiam si non infunderentur species, quia ipsimet possint species acquirere, quare cum velit Deus, quod anima separata recordatur praeteritorum, & id non possit facere sine speciebus, ut supponitur, non applicatur adus praeteriti a quibus species hauriri possint, omnino non est inconveniens recurrere ad Deum.

105. In alia tandem responso, quam ultimò assignat, falsum alium quod talis praeter species debet assignari causa aliqua determinativa intellectus separati, & excitativa unius speciei prae alia hoc enim aperte refellit Doctor, ad disput. 4. qu. 2. p. Lit. D. ubi movens difficultatem, si multae species conferantur in intellectu separato, quae prior moveret speciem ad contemplandum objectum per ipsam representativam, cum recurrere nequeat animus ad phantasmata efficias vel inefficacias moventia? respondet, opus non esse, recurrere ad causam aliquam determinativam intellectus separati praeter ipsas species, etenim supposita aequali intellectu inclinatione ad multa objecta per species representata, quod est efficax, & fortius motus prius movebit, & prius intelligetur &c.

ARTICULUS II.

Ad Cognitionem intuitivam non est necessaria species intelligibilis.

106. Conclusio est Scoti pluribus in locis, nam in p. 3. quaest. 6. dum aliter necessitatem speciei intelligibilis, protestatur se loqui de cognitione abstractiva, non autem intuitiva, & ita praefertim se explicat distinet verbis lit. K. & O dicens speciem impressam non esse causam praesentiae objecti in actu primo, id est in ratione cognoscibilibus, nisi in cognitione abstractiva, idem significat, quia recordatio intelligitur per hoc ab intuitiva fuerint, quod haec postulat existentiam, & praesentiam objecti in se, veluti rationem motivam, ac terminativam adus intuitivi, illa vero producit, a specie, & objectum in specie terminatur, ut in p. d. 3. quaest. 2. art. 2. vers. secundo sit, 2. d. 3. q. 8. s. ad questionem, & q. 9. s. ad questionem, & q. 11. s. respondet, & d. 9. q. 2. ad 3. & 3. d. 14. quaest. 3. s. ad questionem, & d. 4. q. 10. quaest. 8. s. respondet, & d. 4. s. q. 1. s. ad questionem, & d. 4. q. 11. s. respondet, & q. 12. s. respondet, quol. 6. s. statim, & non solum docet speciem ad cognitionem intuitivam per speciem intelligibilem omnino fieri non posse infusam, five acquirant; quam sententiam postea Scoti aliae omnes unanimiter ampli sunt contra Thomistam, uno dumtaxat excepto Similic, (quod vidimus) qui tr. 2. de Deo uno disp. 6. qu. 6. alicuius intuitivam quoque per speciem haberi posse, adverte affert hic esse fermonem de specie intelligibili & cognitione intellectiva, nam species sensibilis in sensibus externis bene concurrere potest ad sensationem eorum, quae est cognitio quaedam intuitiva.

107. Probatur itaque primo, ad cognitionem intuitivam non esse necessariam speciem, ut eius principium, quia species intelligibilis substituitur loco objecti ad supplendum immediatum ejus concursum, cum nimirum objectum, vel non est actu intelligibile, vel est ab sensu, vel si est praesens potentiae, non tamen est praesens in ratione objecti, ex his enim tribus duntaxat capitibus pendet species necessitas, ut dicitur est art. praeced. ergo cum objectum est actu intelligibile, ac debite praesens potentiae secundum propriam existentiam sufficienter cum ipsa notitia producit intuitivam, & concursus speciei supervacua erit, adveniende enim principali credit illud, quod loco eius substituitur erat, ita arguit Doctor 2. 3. quaest. 8. s. ad questionem, probans Angelum posse seipsum intuitivo cognoscere abque concursu speciei. Consi. quia si species possit supplere species objecti, etiam in cognitione intuitiva, sicut in abstractiva, tunc fieri possit intuitio ab sensu, quod est impossibile. Respondent in intuitiva objectum concurrere partialiter cum specie, & pro intuitivam ab abstractiva distingui, in qua species totaliter concurrat. Contra est, quia tunc vel species subordinaretur objecto, vel objectum speciei, vel ambo concurrerent ex aequo, non primum, quia causae essentialiter subordinatae ita se habent, ut una fine altera operari non possit, cum ergo videramus speciem operari cum potentia abque concursu objecti, videtur esse de se subordinatam, & quod subordinata, non fecerit, non utique censi debet causa illi essentialiter nequit subordinari; tum quia species, quae debet ab objecto, sufficit ad causandum cum objecto notitiam abstractivam, quare objectum in se immediate praesens potentiae non sufficit ad producendum cum ea intuitivam abque specie, neque tandem tertium, quia tunc virtus unius, cum operetur per causalitates ejusdem rationis, ita intendi possit, ut si solo sufficeret ad effectum, & sic vel solum ob-

jectum concurreret, quod est intentum, vel sola species abque ullo objecti intervenit, & sic fieri posset intuitio ab sensu. 107. Secundo ex eo praesens notitia abstractiva, ac intuitiva essentialiter distinguuntur, quod abstractiva causatur ab objecto praesente potentiae per speciem, & ab idem in ipsa specie praesens etiam terminatur, & contra vero intuitiva re in propria existentia immediate causatur, & ad eandem se etiam terminatur vel si a specie, non nisi a tali, quae in fieri, & conservari pendeat ab objecto immediate sensu praesente, ut docet Scot. locis omnibus citatis, & nos ex illustro infra dicemus q. 11. ergo cognitio intuitiva per speciem intelligibilem, quae non ita ab objecto dependet, haberi non potest, quare ad huiusmodi notitiam non solum necessaria non est, sed potius est protus inepta, ac insufficiens, alioquin periret essentialia discrimen, quod inter hanc, & illam veritatem cognitionem. Respondent, concursum speciei indifferentem esse ad intuitivam, & abstractivam cognitionem, atque ideo ex parte principii cognitionis illas non distingui, sed solum ex parte termini, quia una terminatur ad objectum in se immediate praesens propria praesentia, altera vero ad objectum tantum in specie praesens. Contra est, quia cum concursus speciei intelligibilis detur ad supplendum concursum objecti, cum fuerit ab sensu, vel non actu intelligibile, sane nequit esse indifferens ad utrumque cognitionis genus, quia notitia intuitiva postulat objectum in se existens, ac immediate praesens; tum quia si objectum est debite praesens potentiae, & actu intelligibile, non potest reddi ratio, cur possit ac debeat intellectionem terminare, ac non etiam causare, & principiare; tum quia quantum ex parte termini, nihil potest assignari, ad quod intuitiva terminetur, ad quod non possit abstractiva quoque terminari, nam infra ostendemus etiam abstractivam ad existentiam, & praesentiam rei posse terminari, ergo non tam ex parte termini, quam ex parte principii distingui debent, atque ideo Doctor frequenter ex rationibus formalibus hinc inde motiva distinguit illa duo cognitionum genera, ut est videre quol. 13. art. 2. s. circa secundam, dum inquit, dicitur igitur cogniciones distinctas, & hoc secundum speciem propriam rationes formales motivas hinc inde, & 4. d. 9. q. 12. s. respondet, dum ait, actus abstractivus, & intuitivus differunt specie, & qua aliud, & aliud est ibi movens, hic enim movet speciem, ibi autem movet res praesens in se, & sic etiam loquitur alibi saepe.

108. Tertio, ulterius probat Doctor loc. cit. speciem intelligibilem non solum esse superfluum ad cognitionem intuitivam, sed etiam id proflus repugnare, & ratio est, quia impossibile est, cognitionem intuitivam haberi per aliquid eodem modo se habens in representativam, & ut res sit existens, & praesens in se, five non, intuitiva namque tendit in objectum, ut in se existens ac immediate praesens nedium specificativum, sed etiam reduplicativum, ad species intelligibilis, quia habet modum permanentis, nec dependet ab objecto in conservari, rem indifferentem representantem existentem, vel non existentem, praesentem, vel non praesentem, ergo nullatenus concurrere potest ad cognitionem intuitivam. Respondet Similic, distinguendo de duplici specie, alia enim est, quae nata est pendere ab actuali influxu objecti, quae deficiente evanesceat, quam appellat intuitivam, alia, quae nata est manere aequè ab sensu, ac praesente objecto, quam vocat abstractivam, undè tam in intellectu, quam in sensibus intentis speciem conservantibus duplicem huiusmodi assignat speciem pro duplici cognitione generanda intuitiva, & abstractiva; intuitiva sensus interva ab actu sensus externi, dum durat sensatio exterior; intuitiva vero intellectus pro statu isto causatur immediate a specie intellectiva possibili impressa, & conservata ab intellectu agente, & phantasmate, quamquid durat sensatio exterior, ex quibusnotitia intuitiva in sensu interno, & intellectu relinquuntur species memorativae, & abstractivae evanescentes species intuitivas, quae mediate, vel immediate pendent ab objecto praesente, & movente in propria existentia, & in hoc sensu verum est omnem cognitionem intuitivam naturaliter pendentem ab objecto praesente, & notitiam intuitivam naturaliter pendentem ab sensu interno, inde concludit num. 11. quod cum Doctor negat intuitivam posse haberi per speciem, quae pendet in esse ab actuali influxu objecti, adhuc solutio multa falsa continet, nec arguendo satisfacta, nam in primis abque ulla necessitate geminat in ipsa, altera abstractiva, quae fuissem objecti, quarum una fit intuitiva altera permanens, quia species illa, a transiens cum sensatione exteriori, transtata exteriori sensatione, & in intellectu transtata interiori, est illa eadem, quae producta fuit dependenter ab illis, sed deinceps independentem conservata, ergo frustra geminantur species, quarum una productur dependenter a sensatione exteriori, & cum ipsa intuitiva transtata, altera dependenter quidem ab ea producatur, sed independentem conservetur, nam quod haec solutio affirmat de secunda, nos aliterimus de prima, ultra quam alia non esset species addenda. Deinde falso quoque tribuitur notitia intuitiva pro statu isto intellectui nostro, probabilis enim est, quod docet Boss. p. prolog. & nos infra dicemus, omnem nostram notitiam intellectualem, quam habemus naturaliter, ac de lege communi esse abstractivam,

livam, & nullam intuitivam, & ratio est, quia nunquam intellectu non pro illa se fertur in rem extra, & in propria existentia, sed ut apparet in aliquo representativo, g. phantasmate, aut specie intelligibili, quae etiam de causa cognitio phantasiae potius dici solet abstractiva, quam intuitiva, ut notat Doct. 2. d. 3. q. 9. C. quia & ipse quoque terminatur ad rem in phantasmate, non autem in propria existentia, unde cognitio intuitiva sensibilium non nisi sensibus externis convenire videtur, qui immediate in objecta feruntur in propria existentia, atque praesentia. Tandem nunquam Doct. de hoc duplici specierum genere dilinitur, in eodem potestate, nec aliam aptam speciem agnovit in intellectu, quam illam, quae dependenter a phantasmate in eo imprimitur, & deinceps indelebiliter conservatur pro memoria conservativa, & de hac loquitur in omnibus locis supracitati.

110 Quarto tandem probatur ex Scoto quod 13. art. 2. quia intuitiva habet relationem attentivae actuale ad objectum praesens in propria existentia, ergo implicat dari talem notionem non praesente objecto in propria existentia, sed tantum in specie, probatur consequi, quia ratio nequit esse sine termino, ergo si notitia intuitiva importat relationem attentivae actuale ad objectum in se immediate praesens, implicat fieri sine concursu objecti in propria existentia. Nec valet, quod inquirunt Scotizae quampures, relationem illam actuale posse absolute separari ab intuitiva cognitione, ita ut dari possit intuitio absente objecto, & solum iuxta ordinem naturalem requiriti. Hoc enim profuso impossibile arbitramur, quia relatio attentivae in quacunque notitia est transcendentaliter realiter identificata, ut dictum est praecedat art. p. aptitudinalis quidem cum abstractiva identificatur, actualis cum intuitiva, quod non obscure colligitur ex Doctore quod citat. nam per relationem hanc attentivae actuale fecerit intuitivam ab abstractiva notitia, & innuit ita se habere intuitivam ad relationem attentivae actuale, quemadmodum abstractiva se habet ad aptitudinalitatem, sed haec identificatur cum abstractiva, ergo & illae cum intuitiva; tum quia per hos respectus circumfcribitur ibi Doct. differentias specificas illarum cognitionum, a non solumus per effectus mere accidentarios, & separabiles rerum essentias circumfcribere, sed potius per passionem, & affectionem inseparabiles, & necessarii concomitantes, sic enim accidentis essentiam per aptitudinalem inharentiam, non vero actuale, proxime circumfcribimus, & quantitates per aptitudinalem impetrationem, & non actuale, & sic de aliis, ergo cum per respectum attentivae actuale ad objectum in se immediate praesens Doct. infirmo differentiam specificam intuitivae notitiae, satis est verosimile hanc respectum illi identificari, & esse ab ea profuso inseparabilem, ac ita ex Scotizae defendit Mairon. q. 17. & 18. prolog. de quo etiam infra agemus ex proloquo q. 11.

111 In oppositum arguitur Primo, quia cognitio sensuum exterorum est intuitiva, & tamen fit per speciem, quod probat Smin. ex Doctore p. d. 3. q. 6. & 7. & 2. d. 9. q. 2. c. ad quaestiones, & d. 13. quoniam per totam, & 4. d. 44. q. 3. & alibi saepe. Tum 2. quia per speciem in speculo apparentes videntur res a tergo existentes, ut omnes fatentur, & Scotus cit. d. 13. lit. E. constat autem visum illam esse intuitivam. Tum 3. quia Doct. 2. d. 3. q. 9. s. ad quaestiones, & 4. d. 45. q. 3. s. dico ergo, & s. ad quaestiones, docet intellectum nostrum prima cognitione, quam habet de sensibili representato in phantasmate, huiusmodi sensibile cognoscere intuitivo, talis autem cognitio habetur per speciem, ergo &c. Tum 4. quia quaecunque congerit Scot. 2. d. 3. q. 9. ad alfruentiam possibilitatem speciei abstractivae dilinit de representantis divinitatem essentiam, applicari possunt ad tuendam possibilitatem speciei intuitivae, & de facto applicant Recentiores quampures. Tum 5. quia & de facto talem speciem intuitivam negat Doct. in beatissimis, certe non negat ob eius impossibilitatem, sed propter eius superfluitatem, ut patet 4. d. 49. q. 11. s. respondeo. Tum tandem quia videt Deus futura contingentia non quidem in se, cum non existant, sed in aliquo representativo, & tamen talis notitia a Theologis dicitur intuitiva.

112 Resp. cognitionem sensuum exterorum fieri per speciem, quia eorum speciem pendet in fieri, & conservari ab actuali influxu objecti praesentis, & ideò esse potest principium cognitionis intuitivae; sed species intelligibilis aequè manet praesente, vel absente objecto, & ideò illud indifferenter praesentiam, five praesens, five abens, quare nequit concurrere ad notitiam intuitivam. Ad 2. Vulp. loc. cit. ait ex Scoto d. 13. qu. un. in speculo videtur imagines ab objecto immediate impressas, non vero res ipsas; hoc tamen directè repugnat verbis Doct. qui s. dicitur, lit. E. expressè inquit, quòd per illum radium (scilicet reflexum) videtur res in se, non autem aliqua species impressa speculo reflexante ut ex proloquo diximus disp. praec. num. 42. & idem rursus habet 4. d. 8. q. 9. in se, quod in speculo videtur corpus ipsum, non eius imago; fallum quoque est res ipsas videri per speciem in speculo impressas, nam res ipsa a tergo existentes immediate immutatione causae multiplicatae in medio per specierum multiplicationem nescit ad speculum, & inde ad visum potentiam, ad speculum quidem per radium rediunt, ad oculum vero per reflexum, per quem eundem radium causat quoque immediate immutatione causae visum in oculo, ita docet Doct. in report. 2. d. 13. qu. un. & Mairon. q. 13. prolog. ubi ait, quod videns in speculo immediate intuetur seipsum per actum reflexum, licet visus exterior iudicet esse ibi speciem, quia visus exterior conclusus est sic videre scilicet per lineam rectam. Ad

3. Doct. illis in locis non docet, quod in argumento assumit Smin. sed tantum quod potentia intellectiva tribui debet cognitioni intuitiva, cum hoc perfectionem importet, & concedatur potentiae inferiori scilicet sensui, neque loquitur de intellectu conjuncto, sed potius abijuncto, quia in 2. loquitur de intellectu Angelico, & in 4. de anima separata, nec tandem ubi scribit cognitionem primam habitam ab intellectu de sensibili mediante phantasmate per speciem intelligibilem esse intuitivam, imò directè docet esse abstractivam. Ad 4. verum est assumptum, quia quampures solent à Thomistis adduci repugnantiam, quibus ostenditur non impossibilitatem speciei divinae essentiae, quae non minus impressa, quam expressa impugnantur, unde ex eis capitibus verum est aequè repugnare speciem abstractivam, & intuitivam, quae nullam, nihilominus adlunt locis speciales rationes, quibus aptè demonstratur ad cognitionem intuitivam speciem intelligibilem esse profuso ineptam, ut vidimus. Ad 5. sufficiebat ibi Doct. negare in beatissimis divinae essentiae ob ebus superfluitatem praecedendo ad hoc, quod fit possibilis, vel impossibilis, unde & nos supra tam ex superfluitate, quam ex impossibilitate, & repugnantia demonstravimus speciem intelligibilem esse ad cognitionem intuitivam, velut concusam concurrere nec potesse, nec debere. Ad ult. duplex est notitia intuitiva, alia immediata, quae est rei in propria existentia, & praesentialitè, alia mediata, quae est de re in aliquo objecto intelligibili supereminenter ipsam continere secundum totam entitatem, & cognoscibilitatem, & talis est notitia, quam Deus habet de rebus in divina essentia, quae ob suam infinitatem verius, & dilinitudinem representat rem, quam fit in seipsa, non autem diminute, sicut facit species impressas, ita Doct. quod 6. lit. G. & quod 14. lit. C. & 3. d. 14. qu. 3. B.

113 Deinde rursus obiicitur, quia objectum debet uniri potentiae, ut sit sufficienter secundata, ad objectum materiale non potest formaliter, & realiter uniri intellectui, nam lapis non est intellectus, ergo potentia nequit habere cognitionem intuitivam materiolem, nisi per speciem. Tum 2. quia objectum materiale, ut sic, non est actu intelligibile, sed fit tale per speciem, ergo nulla eius cognitio haberi potest, nisi per speciem. Tum 3. objectum debet proportionari potentiae, ad objectum materiale est improportionatum intellectui, qui est potentia immaterialis, ergo per simplicem, ac immediate tam sui praesentiam, ut sic, nequit uniri intellectui, sed aliquid indiget specie. Tum 3. cognitio intuitiva quilibet secundum Arist. non fit per extrinsecam formam, sed per intrinsecam, per hoc scilicet, quod cognoscitur est in cognoscete, ac sic singularia materiale non potest fit in intellectu recipi, ergo &c. Tum 5. quia Arist. ubique ait materialia, & sensibilia non esse actu intelligibilia, sed potentia tantum, & fieri talia actu per speciem, & quod si materiale effectus actu intelligibile, non oporteret ponere intellectum agentem, & quod omne actu intelligibile est sine materia, & quod in tantum est aliud intelligibile, in quantum est immaterialia, ex quibus omnibus fit, quod si huiusmodi objecta intuitivo cognoscit possunt, ut probabilius sententia tenet, hoc fieri nequit, nisi per eorum speciem intelligibilis. Tandem, quia omnis cognitio fit per assimilationem, ergo per speciem.

114 Resp. ad 1. tenendo probabiliorem opinionem scilicet, quod materialia, & sensibilia intuitivo cognoscit possunt ab intellectu praecipue sensibus soluto, objectum debere utique uniri potentiae, non unione quodam formali, & inhaerentia ad modum accidentis, sed tantum unionem virtuali, quae unione plures caulae uniri solent ad eundem effectum communem, ut declaravimus qu. 2. huius disp. art. 2. ad 2. dici potest sensibile non esse actu intelligibile intellectu, quae solutio innuitur à Doct. 1. d. 3. q. 6. lit. P. ubi ait sensibilia non esse actu intelligibilia in se, sed tantum per speciem, & hoc quantum ad cognitionem abstractivam tantum, per quod innuit quantum ad intuitivam esse actu intelligibilia quantum est ex se, licet non ita intelligi possint ab intellectu sensibus alligato, & eandem habet doctrinam in 2. d. 9. q. 2. lit. R. vel iuxta dicta art. praec. cum dicitur sensibile non esse actu intelligibile, id absolute intelligit abstractivam, sed tantum comparativè scilicet respectu intellectus alligati sensibus, ratione cuius alligationis nequit intellectus immediate attingere materialia in se, sed tantum per speciem, quae consequitur sensuum ministerio, atque phantasmate, ut ibi declaravimus ex Liche. Ad 3. ait Doct. 4. d. 45. qu. 2. maiorem esse veram de proportionem movens ad mobile praecise, quae sensui neg minor, quia inest potentiam, & objectum non requiritur proportio in essendo, quod etiam repote d. 45. qu. 11. quod fit etiam ea proportione scilicet movens ad mobile objectum materiale fit improportionatum intellectui sensibus alligato, non tamen soluto, imò quando in tali intellectu gignitur notitia abstractiva semper in eodem, & eisdem objecti praesentit notitia intuitiva, cum ibi non fit transitus de uno sensu in alium, imò immediate enim objectum in se praesens offertur intellectui, & si aliquo modo praecedat species, hoc est in ratione effectus praevii, non autem causa, quae ad talem notitiam. Ad 4. illud dictum est univèrsaliter verum, quia species expressa tenet per se in potentia, ac etiam impressa, quia species expressa tenet per se in potentia, ac etiam impressa, vel tantum ratio cognoscendi, vel saltem tanquam effectus praevius pro diverfo genere notitiarum intuitivo scilicet, & abstractivae. Ad 5. cum Arist. ait objecta materialia non esse actu intelligibilia, loquitur in ordine ad intellectum conjunctum ob rationem allatam, & propter hoc ponit intellectum agentem, ut objecta transferat de ordine sensibilibus ad ordinem intelligibilibus, idèl immediate ab intellectu

Ad attingibilem modo praedecalarato: & cum ait, quod si materiale esse actu intelligibile, non oportet ponere intellectum agentem, debet fit intelligi, ad hoc nempe minus obundum, ut transferat de ordine in ordinem, tunc enim esse objectum immediate abque transitu per sensum intelligibile; hinc tamen non sequitur, tunc absolute supervacaneum esse intellectum agentem, quia adhuc ex alio capite necessarius esset, nempe tanquam causa cum objecto materiali concurrens ad productionem speciei intelligibilis, quam tale objectum totaliter producere non potest, cum fit effectus omnino spiritualis, quia ratio dumtaxat ponit Doct. 2. d. 3. qu. 11. intellectum agentem in Angelis, & 4. d. 45. q. 2. in anima separata, & sic etiam cum ait omne actu intelligibile esse sine materia, loquitur de actu intelligibili ab intellectu conjuncto, qui immediate non fertur in objecta materialia; sed tantum mediatè attingit in specibus intelligibilibus. Ad ult. omnis cognitio fit per assimilationem, quia cognitio ipsa est actualis expressio, & assimilatio objecti.

115 Advertendum tamen est pro recta huius art. intelligentia, quod cum hic asserimus speciem intelligibilem ad cognitionem intuitivam non esse necessarium, utique non intendimus eam profuso excludere, potest enim ac debet intervenire saltem tanquam effectus praevius ad ipsam intuitivam notitiam; cum ergo unus, v. g. Angelus alterum videt, ac intuitive cognoscit, praemittitur, & imprimitur ab objecto species in intellectu Angelis videns, ut in eo impressa, & conservata consistit memoria intellectus, quae omnino necessaria est, ne quoiescunque intellectus vult admodum repetere circa objectum aliud cognitur, cogatur redire semper ad illud intendendum; fit etiam Scotizae passim dicitur, speciem quoque sensibilem in sensibus externis intervenire, velut effectus praevium, sed cum in eis memoria non detur, quia de causa species illae sunt fluxiles, & transitoriae, non videntur eo modo concurrere, ut effectum praevium, sed potius ut immediatum causam ipsius sentationis, ut supra diximus disp. q. 6.

QUESTIO V.

De causa efficiente specierum intelligibilium, ubi de intellectu agente, & possibili.

Variae extant sententiae de causa efficiente specierum intelligibilium, Plato namque asseruit esse innatas intellectui, & ab eo fuisse productas, qui animam creavit, scilicet à Deo, ut supra retulimus qu. 2. huius disp. ubi etiam Platonico hoc figmentum referimus statuendo intellectum esse puram potentiam in genere intelligibilem, & ut loquitur Arist. & cum eo totum Peripatum 3. de Anim. 14. esse tanquam tabulam, in qua nil depictum est; cum primum corpus ingreditur ad informandum, succellat autem temporis illas acquirere (formam simulatam), & materialiter; Avicenna ut communiter refertur, existimavit has species produci ab illa sua, & deo, qui familiaris, intelligens separata, quam appellabat formatum dicitur, non quidem ab initio, cum anima crearetur, vel corpori uniret, sed tunc solum in intellectu infundi, quando homo intelligit, & habet phantasma proposita, ut determinat ad intelligendum; Sed & hoc quoque passim recitatur, ut purum figmentum, quia experientia nos intelligere, cum volumus, & solis sensibile indigere ad abstrahenda in intelligibilia abque ope cuiusdam agentis separati; tum quia nunquam Avicenna, sufficienter habilitavit illam suam intelligentiam formatam dicitur, ut diximus disp. 2. Physic. qu. 27. art. 1. quae quae contra hoc militat quaecunque objecti solutio contra potentiam quodammodo esse virtutem quandam separatam, ut postea videbimus.

116 Communis sententia ponit intellectum causam efficientem specierum, sed cum intellectus distinguitur in agentem, & possibilem ex 3. de Anim. 17. & 18 rursus est difficilis, an hoc sit peculiare munus intellectus agentis, vel an etiam possibili competere possit, quavis enim communiter adscribitur agenti, tamen Comimb. 3. de An. 5. qu. 5. art. 2. autem speciem intelligibilis generum, ac etiam inter eorum specierum à solo intellectu possibili produci, quod & Thomistae affirmant de quibusdam speciebus formatis ex aliis praecceptis ex D. Thom. 1. p. qu. 12. art. 9. Sed etiam in communi opinione solum intellectum agentem statuente causam efficientem specierum; dubitatur, an solus intellectus agentis sit causa totalis earum, non potius cum eo phantasma quoque concurrat partialiter, ut causa minus principalis, aut instrumentalis; primum tenent multi dicentes phantasma solum materialiter, & exemplariter concurrere ad productionem speciei intelligibilis, quatenus praebet materiam intellectui agenti, quodammodo exemplar quoddam, ad cuius similitudinem intellectus agentis producat species, ita Suarez lib. 4. de Anim. cap. 2. num. 22. Omp. tra. 2. disp. qu. 1. & alii, quem dicendi modum ut valdè probabilem defendit Scotus quaest. 17. de Anim. & Cavell. ibidem annot. 3. Oppositum tenent communitè opinio volens phantasma quoque in genere efficientis causae concurrere ad speciem intelligibilem, quidam autem causa principalis, alii ut causa tantum instrumentalis, ita D. Thom. de verit. qu. 10. art. 6. & contra tenent cap. 7. Cajet. 1. p. qu. 55. art. 2. & 3. de Anim. c. 2. ca. 2. d. 3. qu. 2. art. 3. Ferrar. 3. de An. qu. 1. 2. & 3. qu. 21. Soncin. 7. Met. qu. 12. Comimb. 3. de An. cap. 5. qu. 6. Tandem quaest. 17. Apollin. qu. 6. Thien. cap. 1. A vera quaest. 8. lect. 6. & alii Recentiores passim, & una hoc spectat ad munus, ac officium intellectus agentis haec res diversimodè explicatur à diverfis, adeò ut Licentius opus. de intellectu agente recitat, examinatas innumeros

ferè dicendi modos, quo sensui dicatur intellectus agens illustrare phantasmata, quos singularem referre nimis operum esset, ac inutile; nos totam hanc materiam, de intellectu agente, & possibili, de quo adeò fuscè quidam pererrant, tribus articulis expeditus maiori, quo fieri poterit, brevitate.

ARTICULUS I.

Necessarius est intellectus agens ad species intelligibiles producendas cum phantasmate.

117 Conclusio est Arist. 3. de An. 17. & 18 ubi docet in anima constitui debere, non solum principium susceptivum specierum, qui pròinde dicitur intellectus possibilis, sed potius passibilis, & dicitur omnia fieri, sed etiam principium effectivum illarum, qui pròinde dicitur intellectus agens, & omnia facere; faver Scotus quod 15. s. de tertio primi articuli, & p. d. 3. qu. 6. D. & 2. d. 3. qu. 11. ubi adeò tribuit intellectui agenti, ut cum quoque in Angelis constituit ad abstrahendas species à rebus materialibus immediate, fit in nobis eas abstrahit à phantasmate, & est communis apud omnes Philosophos, ac Theologos admittentes speciem intelligibilis, quarum efficientem causam, aut solum intellectum agentem agnoverunt, aut saltem cum concursu phantasmatis, relictis autem quibusdam parvi momenti rationibus, quibus ostendi solet necessarios intellectus agens ultra possibilem, ita breviter probari potest ex Doct. quod citat. datur species intelligibiles rerum sensibilibus, in intellectu impressae, sed talis specierum impressio, ac efficientia nequit fieri sine concursu intellectus agentis, ergo necessarius est intellectus agens pro earum productione, maior constat ex q. praec. art. p. probatur minor, nam vel istae species producerentur ab intellectu, qui dicitur possibilis, vel à phantasmate in intellectu conjuncto, aut objectis ipsis materialibus immediate in intellectu separato; non primum, quia ut arguit Doct. quod citat. duplex convenit actionum nostrae, ut dicitur transitiva objecti de ordine ad ordinem idèl de ordine sensibilibus, & materialium ad ordinem immaterialium, & spiritualium, quae pròinde appellatur preparativa objecti, quia mediante specie objectum, quod erat tantum potentia intelligibile, fit actu intelligibile, atque ita proportionatur illi in ratione objecti; altera dicitur intellectiolem productiva, quia objectum iam actu intelligibile factum, fit per ipsam actu intellectum, quavis ergo posterior actio possit intellectui possibili adscribi, ut videbimus artic. 3. prior tamen illi convenire nequaquam potest; & ratio est, inquit Doct. quia potentia operativa supponit objectum suum, circa quod operatur, & pròinde non potest illud ibi preparare pro propria eius actionem, ergo actio illa preparativa objecti, quae fit per abstractionem speciei, ita est propria intellectus agentis, ut possibili nequaquam adscribi possit. Species verò formatas ab intellectu possibili ex his praecognitionibus (species à Thomistis excogitatas inferius rejecimus quaest. 6. art. 2. dub. 3. & rursus qu. 7. art. 2).

118 Sed quod neque secundum dici possit, scilicet species totaliter à phantasmate, aut objecto extrà produci, & imprimi intellectui, non minus evidenter probatur, quia phantasma, & objectum sensibile extrà est materiale, intellectus verò ac species illi impressae spiritualis, ergo totaliter, ac immediate in intellectu agere non possunt, nec speciem intelligibilem producere, tum quia subiectum spirituale, & indivisible non est idoneum receptivum actionis materialis, & corporeae, quia ratione negat Doct. 4. d. 44. qu. 2. ignem inferni physice cremare spiritus; tum quia agens materiale, & corporeum saltem naturaliter nequit, ut causa totalis, attingere effectum spiritualem, qui est superioris ordinis, quae est doctrina Aug. 12. super Genesim d. 16. ut refert Doct. quod citat. M. debet ergo dari potentia spiritualis in anima nostra, quae ex phantasmate producat species, & talis est intellectus agens, de quo nunc est sermo, & hac ratione Scotica passim utuntur alii Auctores ad ostendam necessitatem intellectus agentis, cuius vis adhuc magis patebit in solutione objectionum in oppositum.

119 Dices cum Hart. disp. 1. de An. sect. 1. utique necessarium esse intellectum agentem, non tamen ad productionem speciei impressae, sed expressae, seu ipsius intellectiolem, quod etiam sensibile videtur Ballo. 2. d. 3. q. 4. art. 3. ubi ait hanc esse praecipuam, & principalem actionem intellectus agentis, & Contaren. disp. de intellectu agente, ubi ex hoc arguit eius necessitatem. Contra, tum quia probabilissimè est actionem productivam intellectiolem intellectui possibili convenire, ut infra dicemus, tum quia etiam adscriberetur agenti, ut possibile quoque tenet Doct. loc. cit. tamen non ob hanc actionem constitui debet vera potentia à possibili distincta, alioqui pari ratione ubique convenire potentiam esse activam ad propriam operationem, & cum hoc etiam potentiam receptivam talis operationis, ibi esset distinguere potentiam agentem, & possibilem, & sic admitti deberet voluntas agens, & possibilis ac etiam pariter sensus agens, quod communiter negatur, cum ergo Philosophos hanc distinctionem poterint agentis, & patientis nominis in intellectu agnoverint, fecerunt quod illa differentia non est propter illa, quae communiter inventum in aliis potentis, ut scilicet detur intellectus agens distinctus à possibili ob productionem speciei expressae, ita arguit Doct. cit. lit. M. & rursus sub lit. P.

119 Hinc deducitur, intellectum agentem ob solas species rerum sensibilibus esse necessarium, non autem rerum spiritualium; rationem assignat Doct. cit. lit. Q. quia actio causativa specierum rerum spi-